



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Detectio Nvgarvm Lvtheri, Cvm Declaratione Veritatis Catholicae, Et Confvtatione Dogmatvm Lvtheranorvm

Bundere, Jan van den

Louanij, 1551

Quid actum est pro tuitione fidei hac tempestate oppugnatae. cap. xxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35621

orum dogma repullulare iussit, docens Christum non fuisse conceptum in utero virginis Mariæ ex natura & sanguine eiusdem, officio spiritus sancti, neque ex ea natum sed aliunde à Deo creatum hominem assumpsisse.

Michaël serueti Hispanus ab Aragonia novam docuit Theologiam. Nempe quòd Christus tam iuxta carnem quàm iuxta spiritum habeat substantiam æternam. Et quòd in eadem substantia in qua tam iuxta carnem quàm iuxta spiritum nunc est, fuerit antea in cœlo creator.

Michael Sellarius monachus apostata doctor & dux anabaptistarum Rotēburgi dixit.

- 1 In Sacramento non esse corpus & sanguinem Christi.
- 2 Non esse baptizandos pueros.
- 3 Non esse præstandum iuramentum superioribus.
- 4 Non esse resistendum Turcis.
- 5 Non esse inuocandos sanctos &cæ.

Quid actum est pro tuitione fidei hac tempestate oppugnata. CAP. XXXIX.

PHILOMATHES Tot hostibus ferociter emergentibus, domumque Israel haud impigrè oppugnantibus, Nemo semurum posuit pro domo Dei? Nemo se

P præbu

ACTA PRO TVITIO. FIDEI.

præbuit propugnatorem in tanto rerum discrimine ?

ORTHODOXVS Non erat segnior defensio quàm oppugnatio, ac vulpeculis vineam Domini demolientibus nunc aperta vi, nunc occultis cuniculis strenuè occursum est. Romanus Pontifex anathemate ferijt, Imperator gladium suum exacuit & limauit. Alij zelo fidei ducti, Romanæ ecclesiæ suam operam quàm diligentissimè nauarunt. Quidam publicis disceptationibus contra hæreticos disputantes, alij libris æditis, scripturis & rationibus hæreticos conuincentes. In hac concertatione præ ceteris conspicui fuere Ioânes Roffensis Episcopus Cantabrigiensis, Ioannes Faber Episcopus Viennensis, Ioannes Cocleus, Ioannes Eckius, Iudocus Clichtoueus, Iacobus Latomus, Albertus Pigius, Ioannes Dietenbergius, Hieronymus Emserus ac plures alij.

Anno salutis. 1526. In Badensi ciuitate Heluetiorum cōcertationem habuit Ioannes Eckius cum Oecolampadio ac alijs Lutheranis, ad quam suos oratores miserunt quatuor episcopi vicini, qui adessent disputationi faciendæ, potissimè de venerabili eucharistiæ Sacramento, sub exceptione notariorum. Et post multa verba vltro citroque habita, omnium

nium Heluetiorum publico dicto in catho-
licorum iustum fauorem, inter alios hi decreti
sunt articuli.

- 1 Verum Christi corpus eiusq; sanguis pre-
sentia sunt in Sacramento altaris.
- 2 Quæ & verè offeruntur in officio missæ,
pro viuis & pro defunctis.
- 3 Virgo Maria alijque sancti cœlicolę inuo-
candi sunt vt intercessores.
- 4 Domini nostri Iesu Christi eiusque san-
ctorum imagines delendę non sunt.
- 5 Post hanc vitam purgatorius est ignis.
- 6 Pueri etiam Christianorum in peccato ori-
ginali nascuntur.
- 7 Baptismus Christi non Ioannis tollit ori-
ginale peccatum.

Anno Domini . 1531. In comitijs Impe-
rialibus Augustæ celebratis, obtulere Prote-
stantes suos articulos. Sed in recessu conclu-
sere principes, constanter permanendum es-
se in antiqua fide & religione patrum. Nihil-
que innouandum aut mutandum ante gene-
ralis Concilij determinationem.

Anno . 1540. Factus est in Anglia autho-
ritate Regię Maiestatis, Episcoporum & ma-
gnatum consilio, omnium procerum & sta-
tuum conuentus, quem parlamentum vo-
cant. In quo post multas disputationes, con-

ACTA PRO TVITIO. FIDEI.

certationes, deliberationes, & argumenta vltro citroque habita, summo consensu omnium tam Regiæ Maieſtatis quàm vtriusque ſenatorij ordinis, ac plebis in hunc ſenatum coactæ, fuit & eſt deciſum & ſtatutum eo modo & forma quæ ſequitur.

1 In beatiffimo altaris Sacramento per virtutem & efficaciam potentiffimi verbi Chriſti, ſimul atque illud ſacerdos ore locutus fuerit, ſub forma panis & vini, naturale corpus & ſanguinem dominicū, conceptū ex Maria virgine realiter aſſe. Et poſt confeſſionem, nullā aut panis aut vini aut aliam quàm Chriſti Dei & hominis remanere ſubſtātiā.

2 Communicare ſub vtraque ſpecie non eſt omnibus hominibus iure diuino neceſſe ad ſalutem.

3 Credendum eſt & non dubitādum quoniā in carne ſub ſpecie panis ſit verus ſanguis. Et cum ſanguine ſub ſpecie vini ſit vera caro, tam diuiſim quàm coniunctim.

4 Sacerdotes poſtquam ſacris initiati ſunt, non poſſunt ducere vxores.

5 Vota caſtitalis ſiue viduitatis non temerè facta Deo, iure diuino ſunt obſeruāda.

6 Miſſas priuatas in Anglicana eccleſia admitteri ac celebrari ſimul & bonum & neceſſa-

necessarium est, missasque celebrare
quadrat iuri diuino.

7 Expedi necesseque est auricularem con-
fessionem retineri in ecclesia Dei.

Anno salutis. 1546. Factum est Ratis-
ponę colloquium catholicorum, & protestan-
tium, auctoritate Cæsareæ maiestatis pro con-
cordia religionis. Protestantes autem parti
suæ diffidentes sese clanculò & paulatim ino-
pinata festinatione subtrahentes discesserunt.
Sicq; quod desiderabatur, indecisum remāsit.

Eodem Anno pro extirpandis hæresibus,
pro emendandis corruptis moribus, qui in ec-
clesia irreperunt, Romanus Pontifex Pau-
lus tertius concilium indixit generale cele-
brandum Tridenti, Cui præfecit tres Car-
dinales vita & eruditione clarissimos. Et ha-
bitæ sunt sex, quas vocant sessions.

At iam Anno. 1551. Instauratum est
idem concilium celebrandum Tridenti iu-
bente Iulio tertio diuina prouidentia sum-
mo Pontifice, felicibus cœptis salutarem fi-
nem concedat altissimus.

Sed iam mi Philomathes ad alia vocor
negocia, hæc quæ dixi hæctenus alta mente
reponas figasque.

PHILOMATHES Vale præceptor vene-
rande ac secūdum Deum mihi perpetuò ad-
amande.

ACTA PRO TVITIO. FIDEI.

amande. Beasti enim me prorsus quem Lutherana fece ad ambas vsque aures immersum benigna manu erueris. Ago gratias ingentes, vtinam aliquando referre possim.

ORTHODOXVS Abundè retuleris si in catholica fide perstiteris, si communi omnium Domino sedulis me precibus commendaueris.

PHILOMATHES Meminero.

E R R A T A.

Folio.57. facie.2. linea.3. leg. & si nostra. Fo. 74.li.1. lege qui. Fol.75. li.ii. leg. detestantem probantem.

¶ Excudebat Bartholomæus Grauius impensis Martini Rotarij. Anno Domini 1551. 6. Idus Octob.